



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

III. Vtrum fuerit Esdras.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

*eius, quia Angelus Domini exercitum est.* Et alibi de Johanne Baptista : *Ecce ego mitto Mal. 3.1.*  
*Angelum meum.* Quod & à Maimonide probatum est. At propiorem cauffam in Mala- R. Mol. ben  
chiae nomine reperio, nato, מַלְאָכֵי, idem sonat ac *Angelus meus*: quam rationem non Maim. Mor.  
magis nobis persuadere debere ait Hieronymus, reipsa Angelum fuisse Malachiam, Neu. Part. 2.  
ac nomina Iosuæ, & Joëlis, & Jonæ; quorum illud *Servatorem* significat, id *Deum* cap. 41.  
*meum*, hoc *Columbam*; fidem facere possunt hunc fuisse columbam, istum Deum, Hier. Proem.  
illum *Servatorem*. in Malach.

III. Nihilo magis audiendum est Jonathan Chaldeus Paraphrastes, veriusq[ue] relque *Utrum fuerit  
Esdrae.*  
Ebraeorum Magistri, cum Malachiam eundem atque Esdras fuisse docent. Cujus  
opinione argumenta hec affert Hieronymus; quod atas utriusque conveniat; quod  
*omnia que in libro illius continentur, etiam hic Propheta commemoret;* quod denique cum  
ait Malachias, *Labis Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia  
Angelus Domini exercitum est,* se Esdras esse non obfure declaraverint; Esdras qui-  
dem, Sacerdotem & Legis instauratorem dicens, se vero Angelum Domini appellans,  
quod sonat vocabulum, Malachias. Sed hec diffare facile est: nam quod tempora  
congruant, efficitur coævos esse, non unum & eundem virum. Falsum est porro ea-  
dem libris utriusque contineri. *Quibus autem Malachia verbis ostendi putant eum  
dem ipsum esse ac Esdras, ea ad Levi primum, deinde ad universos Sacerdotes perti-  
nere contextus orationis ostendit.* Et tamen futilibus his argumentis labefactatus Hie- Hier. Proem.  
ronymi animus, opinionem istam si calculo aperte non comprobavit suo, at certe in Mal.  
nec confutavit, pro eo ac debuit. Adde nec Prophetam in sacris Codicibus appelle-  
lari Esdras, sed Sacerdotem & Scribam; cum decussaret tamen nobiliore eum titulo  
insigniri. Itaque senior Christianorum Patrum ac Interpretum pars commentum hoc  
repudiavit.

IV. Ad propugnandam Libri hujus *γνῶσμα & antiquitatem* vix ullis ex Veteri *Probatur  
Testamento* juvamus subdiis, propter exiguitatem operis, & auctoris novitatem. *prophetia.*  
Unicum se dat illud testimonium, quod ex Ecclesiastico Sirachide supra attulimus, *Malachia*  
quo generatim atque univerle Duodecim Prophetarum, inter quos postremus hic est, *γνῶσμα &  
fit mentio. Sed multorum instar unum hoc esse potest. At in Novi Instrumenti scri- antiquitas.*  
ptoribus Malachia auctoritas crebrius usurpatur. Matthæus quippe, Marcus, & Lucas, *Matt. 11. 10.*  
in testimonium citant hæc ipsius verba: *Ecce ego mittam Angelum meum, & preparabili-  
viam ante faciem meam.* Scriptit Malachias: *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam,* *Marc. 1. 2.*  
*antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & converset cor patrum ad filios:* id *Luc. 7. 17.*  
significabat Christi Discipuli, cum dicentes apud Martham & Marcum: *Quid ergo  
Scriba dicit, quod Eliam primum oportet venire?* significabat & Angelus, cum de Johanne *Mal. 3. 1.*  
Baptista Zacharie patri hæc prænuntiaret apud Lucam: *Ipsæ procedet in virtute Elie,* *Rom. 9. 13.*  
*ut convertat corda patrum in filios.* Malachiam quoque spectabat Paulus cum diceret: *Mal. 4. 5.*  
*Scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui: hæc quippe ἀπόλετοι* Malachia *Mal. 1. 2.*  
funt.

Nihil hic me movent Rabbini quidam, qui quod in Synagogam magnam alle-  
lum fuisse Malachiam nonnullis fuerit perfunsum, cauffam inde habuerunt, cur ei  
Prophetæ dignitatem detraherent: hos quippe refelli jam supra, cum de Aggæi Pro-  
phetia disputarem.



## DE LIBRIS MACHABÆORUM.

## AC PRIMUM DE PRIORE.

I. *Disputatur de priore Machabaico.* II. *Probatur prioris  
Machabatci γνῶσμα & antiquitas.*

I. **T**ANTAM nominis claritatem præclaris rebus gestis adepti sunt Assamo- *Disputatur  
nai, ut eorum memoriam propagandam Judæi merito censuerint, quo ad de priore  
religionem conservandam, & tuendam libertatem, majorum exemplis posteri incitaren- *Machabai-  
tur. Itaque sive privatorum aliquorum hominum studio & industria, sive, quod po- co.*  
*tius crediderim, auctoritate publica factum est, ut in literas Machabæica historia re-  
ferretur, suppeditatis ad id, ut fatis Libri ipsius primi finis indicat, publicis Commen-  
tariis, quos diligenter ab ea gente confici solitos fuisse supra notavimus. Atque id  
quidem non multo post res gestas factum fuisse probabile est: quippe stili ipsius cha-**